

Ad
Præmodum Reverendum, Magnificum, Amplissimum,
Excellentissimumq; Virum,

Dn. JOHANNEM HÜL-

SEMANNUM, S.S. Theol. Doctorem & P.P. Re-

verendi Capituli Cizensis Præpositum, Canonicum Numburgensem,
 Consistorii Ecclesiastici Assessorem, Pastorem Nicolaitanum, Alumno-
 rum Electoralium Ephorum & Academiæ Lipsiensis
 Xvirum,

HERUM, PRÆCEPTOREM, PATRONUM

Onomasteria d. XXIV. Junii, cl.c.læc.LV. feliciter
 recurrentia agentem

Carmen Commensalium.

Lipsie
 Literis Friderici Lanckisii exprimebat Christophorus
 Cellarius.



SExtus ab Oceano radiantia pro-
tulit ora
Delius, Heroo postquam tua na-
ta Lutheri,
SUMME VIR, inserta est generi.
Sunt conscia nobis

Lumina, sunt aures. Cum virgine dexter ad
aram

Ante sacri faciem flectebat genua ministri
Sponsus, & elata capiebat voce maritam.
Plaudentum, vultuqve sereno vota ferentum
Nos quoq; pars fuimus. Mensis affedimus ipsis,
Multaqve pro Sophie, pro sponsi multa salute
Fercula sunt libata, pitissatusqve Lyæus.
Quin & ad artificii tentatas pectine chordas
Virginibus nexi saltavimus. Otia nempe
Fecerat ista Venus: Faciet nunc altera nobis,
Dissimilis tamen ipsa sui. Nunc prodit Eoa,
Quæ tunc Hesperio pingebat sidere noctem,
Sperabatqve novæ primos spectare sopores
Conjugis. At frustra. Properato Cynthius axe
Adfuit, & lumen majori lumine vicit,
Oblevitqve oculos Veneri, inspexitqve ja-
centis

Somnia

Somnia MARGARIDOS, plenissima somnia
melle.

Indignata Venus Domino servile negavit
Porro pedisse qui. Sic tempore coepit ab illo
Spumantes Orientis equos praevertere Phoebi.
Phosphorus, o socii, nunc altera gaudia
nobis

Inchoat, aeternum niveo qui tramite Solem
Hebraeae exhibuit genti. Bis-festa JOHANNIS
Lux oritur. Salve nobis, HÜLSMANNE, JOHAN-

NEM

Munere qui Zeloque refers, ut nomine, salve!
Tu priscaque novaque inter confinia sistens
Foederis amborum moderate jura tueris:
Tu rigidosterres, & stirpis ad ima securim
Prociduam monstras, sed crimina flentibus

Agnum.

Quod fas est, in te colimus benefacta Jehovahæ,
Ejectisq; in coelum oculis, dum cernimus astra,
Artificem, qui caerulei velamina templi
Texuit, innumerosq; hinc inde intexuit ignes,
Laudamus, terris quod te quoq; fecerit Astrum,
Quod tenebrae haeresium fugiant, natiq; ca-

vernus

Tartareis lemures, nocturna q; caetera mon-
stra.

Hac

ro.
na-
eri.
ad
um
fis,
ute
is,
m,
res
axe
e ja-
nnia



Hac nobis à Luce bene est, ipsiqve videmur
Cernere posse aliquid, verisq; abjungere falsa.

Illucesce diu, velutiqve ad singula cursus
Intervalla sui nova robora limpidus affert
Præcursor Solis, semperqve serenior exit
E thalamo, quam condiderat nictantia ponto
Lumina: Te pariter vegetum magis atqve mi-
cantem

Quæqve dies videat: donec mutare beatis
Sedibus has jubeat terras habitator Olympi !



Ad
Præmodum Reverendum, Magni
Excellentissimumq; Viri

Dn. JOHANN SEMANNUM, S.S. Theol. D.

verendi Capituli Cizensis Præpositum, Ca
nonsistorii Ecclesiastici Assessorem, Pastore
rum Electoralium Ephorum & Acad
Xvirum,

HERUM, PRÆCEPTORE

Onomasteria d. XXIV. Junii, cl
recurrentia agentem

Carmen Comme

Lipsie
Literis Friderici Lanckisii exprime
Cellarius.

